

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ac
Codicis Profess. Publ. ... Viri ... Dn. Theodori Suteri, Cos. Rostochiensis ... Funus,
Quod eidem, ceu Marito desideratissimo lacrimis ac moeroribus mersa
superstitiam ... Vidua Anna-Margarita Schmitterlowen/ Hodie parabit ... Omnium
ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1673]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776804901>

Druck Freier  Zugang



L.B. Redeker, H. R.
in Th. Suter.
Rostock, 1673.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776804901/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776804901/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776804901/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776804901/phys_0003)

DFG

31.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HINRICUS RVDOLPHUS

Redefer /

J. U. D. ac Codicis Profess. Publ. Sacr. Regiae
Majest. Dan. uti & Sereniss. Principis **CHRISTIANI**
LUDOVICI, Ducis Meckl. &c. &c &c. Consiliarius, Con-
sistorii item Ducalis Adsestor hodieq; Director;

VIRI

Nobilissimi & Amplissimi

**DN. THEODORI
SUTERI.**

Cos. Rostochiensis gravissimi

Funus,

Quod eidem, ceu

MARITO desideratissimo

lacrimis ac mœroribus mersa superstite

Nobilissimus

V I D V A,

ANNA - MARGARITA Schmittenloewen

Hodiè parabit, solenniter indicit, & ad
deducendum id ipsum,

Omnium ordinum CIVES ACADEMICOS stu-
diosè serioque invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Typogr.





Onsulare, adeoq; solenne ma-
xime funus est, quod publicitus
hodiè indicimus. **Enim verò**
THEODORUM SUTERUM
ut nō ita pridem maximè floren-
tem, sic nunc functum sistimus
jacentemq;. Quo casu profecto
nec unus afficitur, nec tangitur
leviter. **Vxor Maritum** sibi ademtum plorat. Curia
Præsidem. Respublica protectorem. **Gives parentem.**
Quisq; bonus delicium deusq; suum. Quod floren-
tem brevi antē, incoludemq;, jam verò funere suo
mersum diximus, id verò ad miras rerum humanarum
vicissitudines pertinet quam maximè. Quin argu-
mentum inde capere licet oppidò illustre, lubrico ac
infido admodum vitam nostram nititibi cine. **Simoni-**
dem duo svasisse præcipue accepimus; scilicet, uti ne
quis defutoris temere ferret sententiā, ceu in quæ mor-
talium nemo penetrare satis securatè quireret; sed nec
dein, si quis forsan hominem conspicaretur, quam diu is
idem supervicturus foret, decerneret. **Enim verò re-**
spectandum ad muscas esse; quæ sicut se moveant ce-
terite r

Ieriter atq; avolent, ita repentina quoq; esse vi-
ces mortalium; leviq; omnino casu citiusq;, quam
unquam opineris, permutari. Ista ad eum mó-
dum *Philosophus*. Quibus profectò nil vel excogi-
tari, vel dici præclarius poterat. Sanè vix trochum
ullum aut turbinem verti velocius videoas, quam
vitam hominis, quæ instar vitri, cùm maximè
splendet, frangitur, & tum præcipue, quod fuit,
ostendit. Tamen plerumq; sic vivimus, has iti-
dem cogitationes maximè capim⁹ homines, qua-
si duraturi in longum, & morituri vix unquam si-
mūs; cùm satis certò polliceri sibi nemo vel crastinum
possit. Non penitus igitur malè cum Eu-
ripo aut mari vitam nostram contuleris. Nosque
ea quondam, in parili, qui nunc sese offert, easu,
uti similitudine meminimus. Ceterū si scisci-
teris, cum quoniam conferri Mors queat, respon-
sum habe, cum nullā re rectius, quam cum portu
posse. Mare nunc ridere quidem & blandiri, mox
sævire & furere; nunc cælo minari, & grandes
moliri montes atque abyssos, mox ad quietem,
atq; planiciem sese recipere videoas, semper tamen
amarum, semper salsum, innumera producens
monstra; denique sœpè nec exspectatis, nec pro-
visis fluctibus Navitas obruens; uti verè olim,
longè præstare esse pauperem terrā, quam divitem ma-
ri, existimatum Menandro habitumq; sit. Quan-

A 2 tò igi-

tò igitur est optatiùs, in portum tutum tranquili-
lumqne invehi, quàm sèvis usque tempestatibus
jactari; tanto est feliciùs mortem obire suam, quæ
dolorum laborumq; omnium finis est, quàm vitæ
hujus perpetuis fluctibus miserè defatigari. Quan-
tò beatius est, altissimâ jucundissimâq; pace frui,
quàm æternis iisdemq; ærumnofissimis bellis in-
quietari, tanto est præstantius mori, quàm vive-
re. Sed enim fugacitatis vitæ humanæ, &c, quæ
ex morte nascatur, felicitatis argumentum alibi
curatiùs pertractare meminimus. Nunc ad
THEODORUM SVTERUM, queni pro ex-
emplo urriusq; rectè allegamus, redire sedet sen-
tentia. Hic certè, ut supra quoque monitum no-
bis est, paucis diebus antè florens vigensq; stren-
nuè officii partes obibat, non adeò de pericu-
losiori valetudine (quod nos quidem sciamus)
questus; sed nunc in capulo positus, eaq; ratione
minimè infelix, nil nisi exequias abs nobis & funus
exspectat. Quod cùm parandum eidem sit ho-
diè, quantum fieri unquam queat, pro virtutum
quibus instructus abundantissimè fuit, eminen-
tiâ, splendidissimum, nos certè quæ nostrarum
fore partium arbitrabimur, minimè negligens;
exposituri, pro more, **VIRI CONSULIS** histori-
am, non illo quidem accurato, & quod admor-
ses ungues sapiat, sed isto extemporaneo tenuiq;
dicendi

dicendi genere, quali gaudere ferè s'everunt, qui
majorib; ad meditandū spaciis excluduntur. Inte-
rim quicquid industriæ fors decesserit, id verò si-
des undiquaq; supplebit. Natus est An. seculi hu-
jusce XX. die 26 Septembr. Patre quidem CHRI-
STIANO SUTERO, Advocato Wolgasiensi,
& Notario immatriculato eximio; Matre verò
ANNA Klepel, Feminâ ornatissimâ. Avum
paternū habuit JACOBUM SVTERUM, Anck-
lamensem Negotiatorem & rei vinariæ præfe-
ctum industrium; Aviam paternam, ILSABEN
Frawendorff eximium sexus sui decus. Avus
maternus fuit Vir Reverendus & Doctissimus Dn.
JOACHIMUS Klepel Pastor in Puzar vigilan-
tissimus; Avia materna, ANNA Schwerins/
Matrona honoratissima. Proavum paternum
nactus est OTTONEM SVTERUM, Livo-
num, & Riga quidem oriundū: Senatorem Anck-
lamensem præclarè merentem. Proaviam pa-
ternam, ELISABETHAM Maneken / D.N. JO-
ACHIMI Maneke Cos. Ancklamensis filiam. Deniq;
Proavus maternus extitit ABEL Klepel apud Gry-
phuswaldenses Civis & Negotiator præstantissimus;
Proavia materna, ANNA Schlichtfrullen / exi-
miâ apud Gryphisvv. familiâ fata. Hisce debet
majoribus parentibusq; originem Cos. noster su-
am. Ut primū natum, aut dias luminis auras con-

spicantem, sacro providi parentes destinarunt Ba-
ptismo, ut irrenaiceretur, CHRISTI q; adeò, & Ec-
clesiæ ejus membrum fieret: Nam quæ hasti-
nus contigerat nativitas, tota carnalis erat; illa
altera sublimioris erat originis, ceu quæ cælo ar-
cesseretur, & illustrem quondam cernere juberet
hereditatem. Quum ætas unquam videretur
passura, assuetus pietatis quam maximè
exercitio est; & quando in literarum studia op-
pidò proclivis foret, confessim Sch. patriæ *Anckl.*
Præceptoribns formandus datus; Annoq; por-
ro 1636. *Fridlandium*, provinciæ Meckl. oppidum,
missus: & quum sic satis ibi diu hæsisset, ad STE-
TINENSES allegatus est, uti ibi DN. JOANNIS
MICRÆLLI, Viri Excell. & celeberrimi operâ stu-
dioq; frueretur. Principio Scholam ibidem fre-
quentavit. Mox in Gymnasium introductus,
totos ibi 4. annos substitit; atque in Ethicis, Politi-
cis, Historicis, quin ipso etiam jure eos fecit pro-
gressus, uti magnam indè laudem consequeretur,
dignusque esse videretur, qui jam tandem ad
Academias eximio cum fructu iret. Quarum
primam *Francofurtensem* invisit, alteram *Regio-*
montanam: Ex quā in *CURLANDIAM* secessit,
Ephorusq; ibidem, non absq; insigni fortuna-
rum suarum incremento, datus est Generosi HE-
ROIS, *GVSTAVI Mehrbachen*/Vnico filio. Post
quam

quam functionem, repetere Academias, & hanc
nostram ROSTOCHIENSIVM tertio visere lo-
co in annum induxit suum. Atque huc ubi ve-
nit, confestim mensa, hospitio, indeq; conversa-
tione VIRI Amplissimi DN. JOHANNIS GETELII,
J.V.D. & Practici clarissimi, usum novimus. Quem
admodum etiam cognitum nobis satis est, capte
occasione factitatum, uti amores jam suos (enim
vero eā jam ætate erat, ut ad matrimonium adspi-
raret) cum Ornatisimā Feminarum MARGARI-
TA Martens / Prudentissimi Senatoris, D.N.
JOANNIS Bolten / relictā Viduā Anno 1648.
sociaret. Qui torus sic satis diu, & usq; ad annum
1666 felix pacatusquè stetit. Celebs tandem ex
primā hac Conjugē factus, ad secunda debito
tempore vota transiit, junxitquè sibi Nobilissi-
mam & Præstantissimam ANNAM MARGARI-
TAM Schmiederowen / Spectatissimi & Pruden-
tissimi DN. DIETERICI Wulfrathen / SENA-
TORIS nostratis & Camerarii, supertitem vidu-
am. Qui ipse nexus priore hoc fuit infortuna-
tior, quod necdum integrum sexennium perdu-
raret. Cetera omnia bellè habuerunt. Arden-
tissim⁹ inter Conjugē hosce amor fuit. Ardentissima
mutuiter visebantur studia IPSA Maritum suum-
vel oculis ferebat. Hic vicissim tantam conju-
gem omni honore, officio, cultuque demereba-
tur.

etur. Jurasses unam in duobus corporibus divisam
fuisse animam. Hincq; adeò, quin miserabili hoc
casu, & hoc acerbissimæ calamitatis genere tan-
tum non oppressa initio fuerit VIDVA, nemo te-
merè dubitare habeat. Nam quamvis multa
sint, quæ mœrorem nobis in vitâ & ægritudinem
afferre queant, omnino tamen statuendum est,
nilacerbius, tristius, aut calamitosius accidere
quicquam posse, quam ubi duo, summâ animo-
rum concordia & fide vincit invicem, ac commu-
nione rerum omnium juncti, sanctissimeq; aman-
tes, necessitate ultimâ divelluntur, Deus lacrimis
dolo req; mersam levare, & solamine suo fulcire
nunc quam maxime, ubi solatii indiga, clemen-
ter velit. Ceterum de honoribus FVNCTI jam
quoq; dicendum non omnino est nihil. Quos
& varios & amplissimos omnes nactus apud nos
est. Mox adscisci vidimus in ordinem Centumvi-
rorum; Mox SENATORVM Collegio magnâ
cum laude inseri; mox omnium splendidissimâ
CONSVLATVS dignitate; quia ex ipso etiam
hoc fonte Provincialis Parchimensis Judicii Ad-
sessoratu honorari. Vbiq; in officiis studiosus,
dexter, candidus, fidusquè inventus est. Consu-
latum præcipue totos XII. annos ita gessit, ut nil
magè spectarit unquam, quam, quæ suprema lex
est, PVBLICAM POPVLI SALVTEM. Quoties
cunq;

cunq; in curiam iret, meminerat eorum, quæ Ratisbonensis Tabula, publico iudicio præfixa, aureis literis signat, inque hunc monet aureum pariter sensum: *Quisquis Cos. aut Senator curiam, officiis caussâ, ingredereis, ante hoc ostium privatos affectus omnes abjicito: iram, vim, odium. Amicitiam, adulatio nem.* REIP. personam & curam tuam subjicito. Nam ut aliis aequus aut iniquus fueris, ita quoque ipse DEI judicium exspectabis & sustinebis. Aristides apud Herodotum ad Themistoclem in non absimilem sensum; *Nos certare, inquit, oportet omni tempore, non privatis simultatibus & odiis, sed uter nostrum melius de patriâ mereri, & plura in eam beneficia conferre possit.* Hæc utique probè norat diceratque SUTERUS noster. Hæc instructus mente erat, uti nihil diceret, asserret, svaderet, nisi quod arbitraretur publicè privatimq; profuturum: Erantq; profecto ejus consilia hòc REIP. salubriora, quò ipse jam demùm ætate foret proiectior. Ex juvene enim tanta sperari aut redundare in REIMP. salus nequibat. Consilia Senum hastæ juvenum, lictore appositeq; Plutarcho sunt. Salustio Crispo non ridet certè CONSILIARIUS, nisi cui corpus annis jam grave, ingenium sapientiâ validum sit. Enimverò rectè consulere prudentis, adeoq; SENATORIS maximè proprium existimandum est munus esse, uti habet Philosophorum princeps

B

Arist.

Arist. lib. 6. Eth. Nic. cap. 7. Qui eā conditione
sunt, ii verò prodesse REI valent PVBLICÆ, uti
vel sedendo acquiri salus, debellarique hostis pos-
sit; ceu de Romanorum SENATORIBVS per-
quondam eleganter MAJOR ad severabat CA-
TO. Ceterū de virtutibus BONI CONSVLIS
& CONSILIARII alibi recipimus curatiū visuros.
Nunc saltrem hæc minutiora in eum finem allega-
re voluimus, uti intelligeretur, non levem pro-
fectō in THEODORO SVTERO jacturam Nos
fecisse. Qui quis & quantus fuerit, nunc eluce-
scet demùm rectissime, ubi esse inter nos desiit.
Ita enim animati homines sumus, uti tūm maximè
bona intelligamus nostra, ubi erepta nobis, aut
extracta ē manibus sunt. CHRISTIANISMVM
VIRI quod attinet, pium, DElq; semper amantem
fuisse, neverit omnino, qui ipsum novit. Sacrā
Synaxi usus est frequentissimè. Et præterea non
modò publicis & sanctis concionibus (nullum enim
ipsi acroama jucundius erat) summa devotione
semper (nisi valetudine attineretur) intererat,
sed & domi assiduè cum Familiā tūm Psalmos stu-
diosè cantabat, tūm de rebus ad Christianismum
pertinentibus loquebatur: nec quicquam unquam
auspicabatur, quod imponebat muneris ratio,
priusquam DEO reddidisset suum, & post solen-
nes preces, præscriptum lectionis Biblicæ pensum
ab sol-

absolvisset. Neq; enim aut privatim aut publicè quicquam rectè feliciterq; suscipi ac administrari existimat, nisi ritè curatum antè Numen conciliatumque esset, cujus solius benivolentia ac favor quavis realiā valentior foret, & solus secundiorum cæptis eventum largiretur. Egenos quoque & pauperes, & quos temporum forte diritas suis involverat fortunis, neglexit minimè, sed pro virili suâ liberaliter juvit. Namque & reputabat rerum humanarum vices, & cogitabat, hoc te præcipuum Christianæ charitatis opus, non negligere proximum; nec constare fidem sibi, nisi hunc ames, sicut te ipsum. Ceterū properabimus tandem ad finem, & ipsum beatissimi Cos. finem compendio signabimus, sed non ante tamen, quam quod morbi genus mortem VIR O conciliarit, JOAN-
NEM JACOBVM DOBELIVM, MEd. D.ac Prof. celeberrimum, Collegam & Amicum nostrum honoratissimum, audiverimus dissertantem: *A multis jam annis (inquit ille) Intimus noster, dum viveret, modò desideratissimus DN. SUTERUS, Consul hac de Civitate longè meritissimus, Hypochondriaco malo & Lithiasi continuò penè acerbissimè cruciatus, ita quidem, DEI GRATIA, est restitutus, ut per biennium ferè hujus nullos notabiles deprehenderet insultus, solo hypochondriaco affectu, ob radices, quas egerat longiores, vitam sedentariam, curasq; rerum gerendarum subsistente. Hoc variis symptomatum generibus, Asitiâ, Apepsiâ, Cardialgiâ, Vomitū continua, sudore*

sudore frigido, & id genus alius, sapè quidem hactenus propulsis, ante
tres circiter septimanas, in itinere Parchimensi, Civitatis gratiâ sus-
cepito, denuò piè defunctum adeò corripuit, ut ijam tūm spiritum redi-
turus crederetur. Verum, superato, à quo Malum recruduerat, octi-
duo, domum reversus, è reductus est, ut nemini non pena videretur sa-
nitatis recuperasse, donec ipso obitus beatissimi die, qui Mensis hujus
erat decimus octavus, omnia in perniciē sui recurrentia animadvertisens,
sacro munio. Utatio, inter preces & lacrymas, magno omnium nostrū
dolore, terrā cum Cœlo placidissimè commutaret. Hactenus Medic⁹.
Nos jungimus, non tantūm placidissimè verūm etiam piissimè
diem suum obiisse. Neq; enim aliter mori poterat, quām vix-
erat. Quām actum de se leiri haud vanus vates auguraretur, o-
mnem mentis cogitationem in supremam horam defixam ha-
bebat. Quām maximo animo cum prolubio se (qui rerum hu-
manarum tedium fortassean etiam cepisset) exspectare, non
verbis tantum, sed ipso etiam facto demonstravit. Neque enim
de inopino maximè fato questus est; id sibi maximè placere di-
cītans, quoniam vilum esset Deo, quem sequi sine murmure
sibi proposuisset. Ad istum modum egregie comparato ac in-
stituto animo, inter medias preces, quas vox non saltem (hanc
enim si vel maximè semel vacillantem, recuperarat tamen, &
ad ipsa extrema integrum cum omnibus sensibus servarat) ve-
rum etiam mente ac Spiritu, sublatis in Cœlum manibus par-
ter ac oculis prosequebatur, plenus fidei ac spei Christianæ, le-
nissimè, uti dictum, sineque ullo violentiori corporis motu, ex-
spiravit, postquam LIII. annos vivendo fecisset. Vestrum jam fue-
rit, CIVES ACADEMICI, tanti Cos. exequias, quantā unquam
possitis frequentiā, celebrare, ne aut immemores vestri officii,
aut tot tantarumque, quæ fuerunt in vivo, virtutum parum-
æ qui censores fuisse videamini. Nós certè, uti promisè decen-
terque Funeri intersitis, & hortamur sedulò, & studiosè rogam⁹.

P. P. sub sigillo Rectoratus, die 29. Octobr. Anno 1673.
Conventus fiet hora I. in Templo Jacobeo.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776804901/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776804901/phys_0017)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776804901/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776804901/phys_0020)

DFG

absolvisset. Neq; enim aut priva-
quam recte feliciterq; suscipiac ad-
bat, nisi ritè curatum antè Num-
erof esset, cujus solius benivolentia ad-
valentior foret, & solus secundior
largiretur. Egenos quoque &
temporum forte diritas suis involv-
xit minimè, sed pro virili suâ liber-
que & reputabat rerum humanar-
bat, hoc se præcipuum Christianum
non negligere proximum; nec con-
hunc ames, sicut te ipsum. Ce-
mus tandem ad finem, & ipsum be-
compendio signabimus, sed non a
quod morbi genus mortem VIR O
NEM JACOBVM DOBELIVM.
leberrium, Collegam & Amicun-
tissimum, audiverimus dissertante
annis (inquit ille) Intimus noster, dum
deratisimus DN. SUTERUS. Con-
longè meritissimus, Hypochondriacom
tinuò penè acerbissimè cruciatus, ita q
TIA, est restitutus, ut per biennium f
biles deprehenderet insultus, solo hyp
ob radices, quas egerat longiores, vitam
rerum gerendarum subsistente. Hoc va
generibus, Asitia, Apepsia, Cardialgia

blicè quic-
i existima-
iatumque
vis realia
eventum
, & quos
nis, negle-
. Nam-
& cogita-
ritis opus,
m sibi, nisi
roperabi-
s, finem
n, quām
t, JOAN-
Prof. ce-
honora-
ltis jam
modo desi-
Civitate
biasi con-
EI GRA-
allos nota-
o affectu,
n, curasq;
matum
continuo,
sudore



the scale towards document